



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.  
Doctoris Vita**

**Lancilottus, Corneille**

**Antverpiæ, 1616**

Epinicivm S. Avgvstini, vulgò Seqventia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42857**

EPINICIVM  
S. AVGVSTINI,  
vulgò SEQVENTIA.

**D**E profundis tenebrarum,  
Mundo lumen exit clarum,  
Et scintillat hodie.

Olim quidem vas erroris  
Augustinus, vas honoris  
Datus est Ecclesiæ.

Verbo Dei dum obedit,  
Statim credit, et accedit  
Ad Baptismi gratiam.

Quam in primis tuebatur  
Verbis, scriptis execratur  
Erroris fallaciam.

Firmans fidem, formans mores,  
Legis sacræ peruersores  
Verbi necat gladio.

Obmutescit Fortunatus,  
Cedunt Manes & Donatus  
Tantæ lucis radio.

Mun-

Mundus marcens & inanis,  
Et doctrinis tritus vanis,  
Per pestem hæreticam.

Multum cœpit fructum ferre,  
Dum in fines orbis terræ,  
Fidem sparsit vnicam.

Clericalis vitæ formam  
Conquadrauit iuxta normam  
Cœtus Apostolici.

Sui quippe nil habebant,  
Tamquam suum : sed viuebant  
In commune clerici.

Sic multorum pro salute  
Diu viuens in virtute,  
Dormiuit cum patribus.

In extremis nil legauit,  
Qui nil suum aestimauit,  
Imo totum reputauit  
Commune cum fratribus.

Salve gemma Confessorum,  
Lingua Christi, vox cælorum,  
Scriba vitæ, lux Doctorum,  
Præsul beatissime.

b

Qui

Qui te Patrem venerantur  
Te ductore consequantur  
Vitam, in qua glorientur  
Cum Sanctorum agmine.

AMEN.



A P-